Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ergo plebebat turba que erat cū
eo quando lazarum uocauit de
monumento et suscitauit eum
a mortuis. Propterea et obuiam
uenit ei turba quia audierunt
eum fecisse hoc signum. Pharisei ergo dixerunt ad semet ipos
Videtis quia nichil proficimus. Ecce mundus totus post eum abiit.
Erant autē quidam gentiles ex
his qui ascenderant ut adorarent
in die festo. Hi ergo accesserunt
ad philippum qui erat a bethsaida
galilee et rogabant eū dicentes
Domine uolumus ihesum uidere. Venit philippus et dicit andree. Andreas iterum et philippus dicunt
ihesu. Ihesus autē respondit eis
dicens. Venit hora ut clarificetur
filius hominis. Amen amen dico
uobis nisi granum frumenti ca
dens in terram mortuum fuerit
ipsum solum manet. Si autem
mortuum fuerit multū fruc
tum affert. Qui amat aiam
suam perdet eam. Et qui odit eam
in hac mundo in uitam eternam custodit eam. Si quis
mihi ministrat me sequatur. Et
ubi sum ego illic et minister meus
erit. Si quis mihi ministrauit
honorificabit eum pater meus
Nunc anima mea turbata est. Et
quid dicam. Pater saluifica me
ex hac hora. Sed propterea ueni
in horam hanc. Pater clarifica
nomen tuum. Venit ergo uox de
celo. Et clarificaui et iterum cla
rificabo. Turba ergo que stabat
et audiebat dicebat tonitruum
factum esse. Alii autē dicebant an
gelus dei locutus est ei. Respondit
et dixit. Non propter me uenit
hec uox sed propter uos. Nunc
iudicium est mundi. Nunc prin
ceps huius mundi eicietur foras
Et ego si exaltatus fuero a terra
omnia traham ad me ipsum. Hoc autē
dicebat significans qua morte esset
moriturus. Respondit ei turba.
Nos audiuimus ex lege quia christus
manet in eternum. Et quomodo tu
dicis. oportet exaltari filium hominis.
Quis est iste filius hominis. Dixit
ergo eis ihesus. Adhuc modicum
lumen in uobis est. Ambulate dum
lucem habetis ut non tenebre uos
comprehendant. Et qui ambulat
in tenebris nescit quo uadit. Dum
lucem habetis credite in lucem ut
filii lucis sitis. Hec locutus est ihe
sus et abiit et abscondit se ab eis
Cum autē tanta signa fecisset coram
eis non credebant in eum ut ser
mo ysaie impleretur quem dixit
Domine quis credidit auditui
nostro. Et brachium domini cui
reuelatum est. Propterea non pote
rant credere. quia iterum dixit
ysaias. Excecauit oculos eorum
et indurauit cor eorum ut non ui
deant oculis et non intelligat cor
de. et conuertantur. et sanem eos
Hec dixit ysaias quando uidit
gloriam eius et locutus est de eo
Uerumtamen ex principibus multi